

# Summa Concionum.

stimavit, unde & dixit; perii, invocavit tamen Dominum, qui exaudivit orationem eius.

2. *Inundaverunt aquae*, valde mirum quod aquae sic excreverunt, ut quasi ad omnium internecionem deveniant, cum ab aquis omne faustum salutis, ac benedictionis hominibus nascatur. Genes. 1. num. 20. Dixit autem Deus. *Producant aquae reptile animam viventis, & volatile super terram, sub firmamentum Caeli, Creavit Deus cetera grandia, & omnem animam viventem, quam produxerant aquae, &c.* & vidit Deus quod esset bonum, & benedixit eis. Nondum auditum fuerat verbum benedictionis divinae usque nunc: radiaverat jam Caelum luminaribus, & luminaribus magnis: terra floribus & fructibus apparuerat ornata, sed non Caelum, nec terra benedictione divina condecorantur; ventum est ad aquas, & vix apparet fecunditas aquarum, & ecce dicitur *Benedixit ei Deus*. In aquis ostenditur prima Dei benedictio, cum ab illis omnis felicitas Christiana, ut pote in Baptismo esset auspicianda. D. Athanas. Synaita lib. 7. examer. *Vides, ait, quae ex aquis orta sunt animalia praei, iussu enim a Deo datur, benedictionem; Quomodo ergo nunc aquae inferviunt ad omnem devastationem, ac infelicitatem indicandam. O summa miseria! ut illud, quod est ad salutem, sit nobis ad supplicium, & poenam, vide cap. 2. q. 36. n. 260. 261. & 262.*

3. *Inundaverunt aquae super caput meum, & perii*. Extremam ruinam, ac perditionem ab aquis provenire exclamat propheta. Aqua obicinas voluptates saepe significat; puer ille lunaticus, qui extrema mala patiebatur, de eo ait pater eius. *Saepe cadit in ignem, & crebrius in aquam*. Math. 7. n. 14. D. Hieron. bi in Catena D. Thomae. *Cadit in ignem, ait, in rapidum iram furorem. In aquas vero scilicet voluptatum, vel cupiditatum*. Quibus omnino puer perimebatur, ac suffocabatur. Tanta aquarum mole premimur, quae nascuntur a nostris voluptatibus, ac cupiditatibus, quae nos in extremam ruinam detrudunt. Vide cap. 3. q. 5. num. 34. 35. & 36 & cap. 9. quaest. 13. num. 125.

*Inundaverunt aquae, & perii* propter peccata, ait, Jeremias 5. n. 24. *Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam terram, orationem, & serotinam in tempore suo*. Et quia non metuimus dominum, nec ambulamus in eius mandatis dat pluviam extra tempus suum, ut pereamus.

5. *Inundaverunt aquae*, quia inundaverunt nostra peccata, & delicta. Ita ut misericordiam Dei videantur impedire. Ait Oseas c. 4. n. 1. *Non est misericordia, non est scientia Dei in terra*. Non est misericordia, quia non est scientia Dei, ut communiter explicant Interpretes, & quoniam huius rei causa.

6. Subdit propheta ibid. n. 2. *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, inundaverunt & sanguis sanguinem tetigit*. Altius quodlibet verbum explicemus. *Mendacium & maledictum*. Ut explicant Theophyl. Haymo, Lyran. *Calumnia, convitiata, execrationes, quibus insultantur*. *Homicidium & furtum, & adulterium*, sub quibus

comprehenduntur omnia gravissima peccatorum genera. *Inundaverunt*. Chald. *Vatabl. Exuperunt instar diluvii*, quod omnes aggeres, & sepes sua vi diffingens, & disrumpens: campos implet, & opplet aquis. *Et sanguis sanguinem tetigit*. Seu ut habet Arabicus. *Sanguinem super sanguinem effuderunt*, ita ut peccata peccatis, scelera sceleribus semper accumularent, ut ait D. Gregor. homil. 11. in Eze. hiel. *Sanguis sanguinem tetigit, ait, quando peccatum peccatis additur, ut ante Dei oculos adju. Eris iniquitibus anima crueretur. Paulus Apostolus, ait, ut impleant peccata sua semper*. Cum ergo peccata trunpunt instar diluvii rempencia omnes aggeres, & sepes mandatorum Dei, venit super nos multitudo aquarum instar diluvii. nos undique comprimens.

7. *Inundaverunt aquae*. Videns deus multitudinem peccatorum Ihera. ait per Oleam, c. 2. num. 2. *Idcirco convertar, & sumam frumentum in unum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum*. In nostrum argumentum. *Idcirco* propter vestra magna peccata *Convertar*, ut explicant Lyranus, Sanchez, Cornelius, ab amore in odium, a beneficentia in vindictam. *Convertar*, inquam ab alimonia qua liberaliter populum alui, dedique frumentum ad sterilitatem & famem; *Sumam ergo*, ut a ii legunt, *auferam frumentum meum in tempore suo, & vinum in unum in tempore suo*. Theodoret. *Cum primum naturam riu in messis, ac vi demis tempore, & liberabo lanam meam, & linum meum, liberabit deus, quasi, scilicet a captivitate, qua detinentur ab iniquo & iniusto possessore*. Glossa. *Liberabo ab iniquis dominis possidentibus*. Sic deus hac multitudine aquarum, tanquam medio utitur, suum frumentum, vinum, & oleum ab iniquis dominis liberans.

8. *Invocavi nomen Domini de lacu novissimo*. Videns se propheta tanquam in extremi miseriarum profundo oppressum, tanquam ad certam anchoram ad nomen domini confugit, nam licet ipse ut pius pater intendat misereri, vult tamen rogari ac oratione praeveneri. Ad medicinam, ac salutem mandat Angelus Tobiae juniorei fel servare. Tobiae 6. num. 9. Et tamen cum jam appropinquaret ad domum patris monet eum Angelus. *Ubi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, gratias agens ei; Accede ad Patrem tuum lini super oculos eius ex felle piscis* &c. cap. 11. num. 1. Si divina ordinatio disponebat, subveniri seniori, & ei salutem dare, ad quid imponitur adolescenti ante omnia deum adorare, & gratias agere. Stephanus in allegoriis Tilmani. *Primum jubet orare, quam deo medicinam deus nobis vult sua beneficia dare, orationibus tamen praemissis vult & intendit totum comparari, ac negotiari*.

# Summa Concionum.

## CONCIO V.

In magna tempestate, ac inundatione.

### THEMA.

**P**ugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos; ibunt directe emissiones fulgurum, & tanquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur, & ad corum locum insipient, & a petrosa ira plena mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Sapient. 5. n. 21.

2. *Pugnabit cum illo Orbis terrarum*. Arabicus legit. *Mundus pugnabit cum illo & lampades fulgurum ostendet adversus insensatos*. Syrus *adversus contemptores*. Sicut eodem cap. 5. n. 18. dicitur *Arabis creaturam ad ultionem inimicorum*. Omnia & singula contra impies insurgunt.

3. *Quod aperit nobis indicat Amos Propheta* 5. num. 19. *Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei ursus & ingrediatur domum, & mordeat eum coluber*. Nusquam liber erit Dei rebellis a calamitate, dum ab una fugit, cum comprehendat altera, & etiam domesticus paries bestias pestilentialis prodebet sub quarum veneno cadat. Cum rebelles homines castigat Moyses, Num. 16. num. 31. Sic ait Text. *Confestim ergo ut cessavit Moyses loqui, distruxit est terra, sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos, cum tabernaculis suis*. Maxime expendenda est iniquorum plaga. *Distruxit est terra sub pedibus eorum, de pulvere nempe terrae & sub pedibus eorum ruina exurgit, sub qua pereant, qui rebelles existunt contra Deum*. Procopius in Glossa ait; *Commoverit enim se se fabrica contra eos, qui contra Deum fabricum exurgunt, morteque acerbissima, ac propemodum demoniaca rivi ad infernum descendunt*.

3. *Pugnabit cum illo orbis terrarum*. Omnia elementa, omnesque creaturae insurgunt, & pugnant pro suo creatore contra delinquentes, in cuius ois ferimur, ipsamet creaturae, quae nobis fuerant in deliciis contra Deum, erunt in ultionem pro Deo contra nos. Mandabat Deus Israelitis, ut interficerent habitatores terrae Chanaan, dicebatque eis Num. 33. num. 55. *Sin autem nolueritis interficere habitatores terrae, qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceae in lateribus*. Et adversabuntur vobis. Qui vivi remanserint, erunt ex gratia, ac beneficio Israelitarum remanebunt, eis enim Israelite parcet, & parcendo maxime sibi erunt devincti. Quomodo ergo fieri poterit, ut homines adeo obligati, sic in se reddantur Israelitis? He est est & is divinae justitiae; ut illi quibus contra legem Dei dedisti vitam meri, sint tortores, qui tibi vitam eripiant; Procopius ibi, *Porro quibus aliquis applaudit contra Dei voluntatem, si eum quoque in manus traditur; Quomodo admodum Casari Judaei, cum eum Regem pro Christo servatore elevisent. Sub Romanis etiam captivi perierunt*. Vid. cap. 6. quaest. 19. n. 182. 181. & 184.

*Ibunt directe emissiones fulgurum, tanquam Syveira in Apocalypsim. Tom. I.*

a bene curvato arcu nubium. Vatabl. *tanquam ab intensissimo arcu nubium*. Sicut sagittarius profundè incurvat arcum, ut magna vi sagittam jaciât, ut fortius scopum configat; sic Deus arcum irae, ac vindictae suae vehementer curvabit, ut jaculetur sagittas suas fulgurum, grandinum, tempestatum, ac pluviarum, in quibus nobes resolvuntur, ut ista: ex multis advertit Cornelius, ut ita impii omnimodè torquantur, ac vexentur.

5. *Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum*. Psalm. 10. num. 7. *Pluet scilicet Dominus, seu ut legunt Origenes, Didymus, Eusebius, Superpluet, tanta erit pluvia, ita ut videatur, quod una pluvia sit super aliam, sic erit aquarum multitudo, & laqueus, ut videre est apud Lorinum, Legitur, & dolores, quia ex tanta pluvia dolores pluent in hominibus*. *Ignis & sulphur*. Ignis cum suo fomento, idem est ac fulgura scintillabunt.

6. *Spiritus procellarum*. Bruno, Hugo, Remigius intelligunt, demones, ministros omnium tribulationum. Partes interpretantur, tempestates, ac ventos fortissimos; sed cur tales tempestates, ac venti dicuntur Spiritus, tum quia Spiritus velocissimè pererrant ad locum distantissimum, sic & velocissimè tempestates, ac nubes fundentes aquam totum orbem occupant; tum etiam, quia Spiritus nullo labore fatigantur, sic tam incessanter tempestas aquas fundit, ut nulla detur requies, nec intermissio.

7. *Pars calicis eorum*, tanta est vexatio, ac tribulatio ex pluvia, tempestate, ac fulgure, ut jam videatur delinquentibus dari pars calicis suarum poenarum, ac suppliciorum cum altera pars durior, & acerbior jam reservata sit ad poenas inferni, ut explicat Noster Incognitus.

8. *Ei tanquam a bene curvato arcu*. In summa ira Dei, relucet ejus misericordia, dat nobis signum, ut fugiamus ab ejus ira. Psal. 59. num. 5. *Disti meventibus te significationem, ut fugiant a facie arcus*. A facie nempe irae tuae. Cum Deus tanquam iudex venisset ad puniendum Adam post ejus peccatum. Ad hoc tendit vox ipsius Dei *deambulans ad auram post merid. em. Adam ubi es*. Genes. 3. num. 9. non statim post crimen, eum eiecit, sed permittit spatium, moro è deambulans, eumque vocans, ut locum poenitentiae daret, ut sic effugiat a furore irae. Quod sic eleganter notavit Tertullian. lib. 2. in Marc. *Certamini dedit spatium, ait, ut homo eadem arbitrii libertate illuderet inimicum, qua succiderat illi*.

9. *Ad hoc tendit illa irati Dei vox* Isai. 2. num. 10. *Ingrederet in petram, & abscondere in fossa homo a facie irae Domini*. Simil se se Deus ostendit iratum, & locum refugii ostendit: sed qualem locum refugii ostendit? ad quem non opus sit maria transire, non aëra volatu penetrare, sed qui per manus appareat. In illam petram nempe, qui est Christus, ingrediamur. *In framentibus petra in caverna maceria plagarum Christi, ut ibi ab ejus ira protegatur*, & misericordiam

# Summa Concionum.

diam inveniamus. Vid. cap. 1. quæstion. 56. num. 454.

## CONCIO VI.

Pro plaga locustarum omnia devastantium.

### T H E M A.

**D**E fumo putei exierunt locustæ in terra, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones super terram. Apocalyp. 9. num. 3.

- Inter cæteras plagas, quæ appropinquante die iudicii totum mundum compriment, ac vexabunt, numerat D. Joannes locustas, quæ plaga octava fuit, quæ oppressit Ægyptum; & adeo gravis est, quod cum Ægyptii sustinerent patienter septem plagas, aquas versas in sanguinem; ranas, scyniphes, muscas, pestem; rana cum in ipsos Ægyptios immisisset essent locustæ pro gravitate, ac acerbitate tanti mali clamant ad suum Regem Pharaonem, ut notant Abulens. ut populum dimittat, & dicunt, *Nōne vides quod perierit Ægyptus*, Exod. 10. num. 7. Idem enim est, quod veniat locusta, ac quod nos apprehendat regni perditio, ac devastatio.
- De fumo putei, seu exhalatione nostrorum peccatorum; nam puteus dicit locum valde submersum ac infimam, proindeque peccata denotat, quod est valde submersum, & infimum; aiebat David ad Dominum. *Erusti animam meam ex inferno inferiori*. Plal. 85. n. 13. ac sic dicit infernus valde inferior, & alius, qui non sit tam inferior; Infernus valde inferior, est peccatum, quod est quid inferius ipso inferno peccatorum, ac suppliciorum.
- De fumo putei, ab hoc e. go inferno inferiori, seu puteo submerso prodit fumus nostrorum peccatorum, ex quo exierunt locustæ cuncta devastantes, ac eradicantes Eleganter ait D. Greg. Nazia. z. Oratione in sancti m. Bapt. f. ma. *Crede, ait, nullum mali essentiam esse, nec principatum, ad nos pestiferumque spirituum fabricos ejus, & architectos esse*. Murmurat populus contra Deum, & Aaron. *Quomobrem misit Dominus in populum gentes serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimum venerant ad Moysen*. Num. 21. n. 6. & 7. Pulch. d. C. Mod. l. 2. Var. sic ait, *Murmur populi, tanquam belli signo dato serpentes convocat, in interitum & ruinam eorum*. Sic & peccata nostra convocant locustas ad nostrum interitum & ruinam.
- Exierunt locustæ, & data est illis potestas, sicut habent scorpiones super terram. Nam sicut scorpio, seu basiliscus, cuncta, quæ videt, suo venenoso inguitu perimit, ac interficit; sic & locusta cuncta quæ videt corrumpit, & devorat, & hæc plaga adeo magna est, ut cum illa insigniter minaretur deus populum suum, si in præceptis ejus non ambulasset, dicens, Deuter. 28. n. 38. *Sementem multam jaces in terram, & modicum congregabis, quia locustæ devorabunt omnia*.
- dicuntur locustæ, ut citat. neuter. locum Lottinus ex radice Hebræica, notat quod est, *multiplicare*, unde dicitur Nahu. 3. num. 15.

*Multiplicate, ut locusta. Et cum multiplicata sint hominum peccata, multiplicatur plaga, & pœna à domino.*

- Tempore parentis Eliæ fames fuit in terra tribus annis cum dimidio. 3. Reg. 17. tempore vero Elisæ septem annis 4. Reg. 8. n. 1. Et cur duplicato tempore sub Elisæ fames crevit? Utraque fames venit ob peccatum idololatriæ, ut tenet Abulens. citato loco. 4. Reg. & ut ait Rabbi Salomon, vivente Eliæ fames fuit, quia populus adorabat Baal, at sub Elisæ ob duos vitulos aureos, quos fecerat Jeroboam. 3. Reg. 12. num. 28. Et multiplicata idololatria multiplicata fuit fames, & plaga.
- Exierunt locustæ. Segetes, & agros devastantes. Homo ex abundantia frumenti, vini, & olei, ex fecunditate fructuum terræ, ex pinguedine ovium, & boum, ex apparatu equorum artipuit occasionem suorum peccatorum contra Deum, inde Deus vilia & contemptibilia animalia armavit in perniciem & ruinam hominum, Vid. cap. 6. q. 17. num. 168.
- Exierunt locustæ. Cuncta exterminantes, quia licet homo multam sementem jecerit in terram, modicum congregabit, ut dicitur citato Deuter. loco. *Quia locustæ devorabunt omnia*. Et locustæ devorant segetes, cum quasi ad maturitatem deveniunt, & mellis appropinquat, ut ita gravior & rigidior sit plaga, & pœna, quia cum viderint suis oculis magnos, & uberes fructus, eos non colligunt, sed eis privantur.
- Cum execrabiles civitates puniuntur à Deo, ait Text. Genes. 19. n. 23. *Sol egressus est super terram, & Dominus pluit super Sodonam sulphur & ignem*. Cur ignis non immisus est super civitates vespere, seu nocte, vel valde mane, sed orto Sole, ut notanter advertit Text. *Sol egressus est; Ut lucente sole viderent homines fecunditatem, ac amœnitatem loci à qua ob sua horrenda crimina privabantur, ut ita pœna esset acerbior, & dolor vehementior*.

## CONCIO VII.

Pro magno incendio.

### T H E M A.

**C**um Aaron concurrisset ad mediam multitudinem, quæ jam vastabat incendium; obrulit thymiana, & stans inter mortuos, ac viventes pro populo deprecatus est; & plaga cessavit. Num. 16. n. 47. & 48.

- Cum ob duritiem, & murmur populi contra Moysen, & Aaron, ita Dei cum magno incendio egressa esset, ita ut quatuordecim millia hominum perissent. Ob orationem Moysis, & Aaronis placatur Dominus, & mandat ut Aaron tollat thuribulum, imposito igne de altari, & incenso, pergat ad mediam multitudinem, quam jam devastabat incendium, & offerat thymiana stans inter mortuos, & vivos, quod cum fecisset Aaron magna fide, ac fortitudine, ut notat hic Lottinus, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.

2. Maxime

# Summa Concionum.

- Maxime ita Dei desavit contra hos iniquos, & perversos peccatores, ita ut dicit Text. *Jam egressa est ira à Domino, & plaga desavit*. Cur tam rigidè, & acerbè plaga desavit? quia frequens erat eorum reincidentia, ac relapsus in peccata, frequenter populus murmuravit contra Moysen, & sustinuit Dominus in multa patientia. Ut Exod. 14. num. 11. & 12. & cap. 16. num. 3. & saepe. Nunc vero cum tam sic crebra reincidentia in peccata, ira Dei desavit. Ad hoc spectat Amos cap. 1. num. 3. *Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor, non convertam eum: & mittam ignem in domum Azaël, & devorabit domos Bennadab*: Quid est, quod super tribus sceleribus, seu criminibus, & non super quatuor convertam? Quia Dominus ob miram pietatem suam aliqua peccata tolerat ac dissimulat; si tamen peccatores persistunt, & multiplicent peccata, durissimam ac acerbissimam vindictam, & pœnam sustinebunt Theodoret. *Quomodo multa delicta Damasci dimissimè passus sum, amplius non paravi*. Et notandum, quod hanc durissimam pœnam minatur Dominus per ignem. *Mittam ignem in domum Azaël*. Omnium enim durissimum, & acerbissimum supplicium per ignem infert Dominus. Vid. c. 6. q. 25. n. 229.

- Jam vastabat incendium. Magnis, & duris plagis oppressit Dominus Ægyptum, & Pharaonem, aquæ conversæ sunt in sanguinem. Adduxitque Dominus ranas, scyniphes, muscas, locustas depopulantes segetes, pestem ulcera grandinem. Deinde omnes primogeniti morte moriuntur. Et tandem ait Deus ad Moysen: hæc dices Pharaoni. *In hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super servos tuos, & super populum tuum*. Exod. 9. num. 14. Et tamen inter has plagas Ægypti non missus est ignis à Domino, sed super Sodomam & Comorrhham pluit Dominus ignem. Gen. 19. num. 23. Ita ut durissima ignis pœna corresponderet execrabili, ac turpissimo omnium sceleri contra omnem usum naturæ & modum, ut ait Salvian. lib. 4. de iudicio, & providentia. Indèque videtur, quod gehennalis pœna ad hos turpissimos adhuc in hac vita se extendit. D. Bernard. de Convers. ad Clericos, cap. 19. *Ecce quomodo, ait, gehennalis flamma moram non sustinet execrabilem illam prævenit tollere, nationem*.

- Jam vastabat incendium. Incendium datur à Deo pro pœna, & pro face illuminante. ait Regius Vates Psalm 28. n. 7. *Vox Domini intercedentis flammam ignis*; seu ut clarius legunt D. Hieron. Symmach. *Vox Domini dividens flammam ignis*. Et quæ flamma ignis interceditur, & dividitur à Deo, nisi flamma æterni ignis? In hoc ergo distinguit Deus vim illuminandi, & vim utendi; utuntur enim ibi peccatores, & inde ea considerata illuminantur iusti. D. Basil. ibi sic ait. *Existimo autem, quod ignis ad supplicium diabolo, & Angelis ejus paratus Domini voce interceditur. Quoniam duo sunt in igne potissima, utriusque vis, & illuminativa. Vis prior ignis acerrima quidem ad pœnas irrogandas, reposita est his, qui ustione sunt digni. Altera nempe splendidissimi sui luminis diffusiva, velut sortitio succedet iis, qui claritate frui sunt gaudii perennis. In* Apocalypsim. Tom. I.

igne gehennæ has duas virtutes dividit Dominus, alteram illuminantem, alteram comburentem, hæc reservata est peccatoribus: illa servata pro ducendis iustis in vitam æternam.

- Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Exod. 13. num. 22. Ecce suis iter agentibus dat Dominus columnam ignis, non qua urantur, sed qua illuminentur ad vitam, quod ait D. Ambros. in Psalm. 36. *Sequamur ergo hic postis columnam ignis, qua nos in hoc corpore postis illuminet, & viam ministret, ut in futurum nobis nebula refrigeret noctis, quo sava incendia revelare possimus. Ignis ergo, qui magnam partem hujus civitatis, vel loci devastavit, est in pœnam nostrorum delictorum, sic etiam in illuminationem, ut cognoscentes nostra delicta, eaque deplorantes, misericordiam inveniamus, ut in viam salutis tendamus*.

- Pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. Deprecatus est pro populo cum lachrymis, & gemitibus. Canit D. vid. Psalm. 65. num. 12. *Transivimus per ignem & aquam*. Maxime expendendum illud *transivimus*. Valde scilicet, quod semel intrantes ignem, possent inde transire, & evadere, & quomodo sic poterunt transire per ignem? Et quidem de aquæ beneficio, ut enim perituris datur solus ignis, sic datur evasuris ignis cum aqua D. Ambros. in Psalm. 36. sic ait. *Atis in igne, remanebunt: illis vorabit ignis, ut Hebræis pueris, qui incendio fornacis ardentis obiecti sunt. Ministros autem impietatis ultor ignis exuret*. Felicibus non immittitur ignis solus, & purus, sed ignis, qui rorem habeat aquæ, exemplum sit fornax Babylonica, in quam fuerunt tres pueri Hebræi immisus. Pueri inter ardentissimam flammam illæsi & securi erant, & qui juxta fornacem ministri astabant, inevitabiliter comburuntur. Unde ista differentia: sanctis pueris non erat solus ignis, sed simul cum eo aquæ ros. *Angelus enim Domini fecerat rorem in media fornace*. Daniel. 3. num. 50. At ministris immittatur ignis sine aquæ rore quo miserimè peribant. In igne remanebant impij ministri. At Sancti pueri per ignem, & aquam felicissimè transibant.

- Ait noster Joan. Apocalyp. 15. n. 2. *Vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum*. Et quando mare illud erat igne mixtum, cur audebant in illo stare. Rupertus. Ipsi, ait, *super mare stant, ut transeant ad veram terram promissionis*. Non ibi solus ignis, sed ignis mixtus aqua, & de beneficio aquæ veniebat, ut ibi possent stare; de beneficio ergo aquæ lachrymarum veniat, quod nos, inter tot ardores ignis secuti, & tui esse possimus.

- Pro populo deprecatus est. Et quomodo Aaron deprecatur pro populo. Vide, quod dicitur in text. citato Numer. loco. *Sument thuribulum aureum*. Thuribulum juxta multos Patres Christum Dominum significat, ut dixi, cap. 8. q. 5. n. 55. Cum interponitur Christus Dominus statim omne incendium, ac plaga cessat.

- Vidit Jeremias, cap. 1. n. 13. *O lam succensam* & 2.